

**EPIMETRUM AD INDICEM SEMINUM HORTI
ACADEMICI LUGDUNO-BATAVI,
ANNI CIOIOCCCLI.**

**MARATTIACEAE INDIAE BATAVAE ORIENTALIS,
IMPRIMIS JUNGHUHNIANAE;**

CUM.

**HERBARIO MUSEI CAES. VINDOBONENSIS, MUSEI PARISIENSIS,
SOCIETATIS LINN. LONDINENSIS, HOOKERI, LESSERTII,
REINWARDTH, MIQUELII, PRESLI, CET.**

COMPARAVIT ET ENUMERAVIT

Guil. Henr. de Vriese.

»Specierum numerus adhuc augeri potest, si specimina
»ex insulis maris Indici melius indagantur.»
(Presl. 1845.)

Prima Angiopteridis species, quae Hoffmannum habet auctorem (Comment. Soc. Reg. Scient. Goetting. 1793. p. 29), descripta est, eo tempore, quo nullae aliae hujus generis formae erant cognitae, atque distinctio ab aliis speciebus nondum erat necessaria. Hinc factum est, ut Hoffmanniana definitio et descriptio fere omnibus deinceps detectis formis potuerint

accommodari. Exinde plurimi errores in libros, atque ab eo inde tempore quo in hortos introductae sunt, in hos etiam irrepserunt. Anno 1833 Illustr. Greville et Hooker (Hook. bot. misc. III. 227.) secundam addiderunt speciem. Tertiam beatus Gustavus Kunzeus addidit. Preslius decem novis numerum auxit (Suppl. tent. pterid. 20. 1845.). Equidem ante biennium descripsi giganteum specimen Horti Lugduno-Batavi, nimirum *A. Teysmannianam*. Superiori anno vero duas novas addidi. Idem nuper fecit Cel. Miquel (Anal. bot. Ind. II. 49).

Formae Javanicae multae sunt in horto, plures etiam in Museo botanico, quod habet Hortus noster Academicus. His accesserunt nuper Junghuhnianae plantae, quibus Summorum Magistratum et Curatorum munificentia Academiam nostram adornavit.

Stirpes Javanicae vivae, multaeque etiam siccac indefesso Teysmanni studio et curae debentur.

Plantarum nostrae Indiae Batavae Orientalis siquidem magnae sunt differentiae cum iis quae de aliis jam magis cognitis speciebus adnotata inveni, mecum constitui has cum authenticis peregrinatorum specimenibus comparare. In hunc quoque finem Angliae et Galliae visitavi praecipua Musea et Herbarios vidi cum publicos, tum privatos. Jam, inde factum est, ut non solum Angiopterides, sed Marattias etiam, aliaque genera perquisiverim et totam hanc familiam amplexus, brevi omnium generum et specierum conspectum in lucem sim emissurus.

In quo, si forte non sine aliquo felici eventu potuero elaborare, id unicetribuendum erit insigni benevolentiae qua hosce qualescunque conatus sustinuerunt amici cum nostrates, tum exteri, quibus omnibus debitas refero et repeto grates.

Nunc Marattiaceas Indiae Batavae Orientalis Conspectui jamjam edendo praemitto. Sic quidem fautoribus optime monstrare possum, non inutilem farraginem esse plantas, quas mihi eorum suppeditavit benevolentia, et aliis occasionem praebeo mihi exhibendi vel in scientiae commodum describendi eas, quae fortasse adhucdum in herbariis adsunt, immo vel in intimis penetralibus absconditae jacent.

(Marattiaceae.)

MARATTIA Smith.

1. M. SYLVATICA Bl. en. pl. Jav. 256. Grev. et Hook. enum. fil. in Hook. bot. misc. III. 225. Presl. suppl. tent. pterid. 11.

Herb. Jungh.

Legit. Jungh. in monte Ungarang (Medinie) ad 3-4000'. Nomen Jav. *Pakies rendo*.

Herb. Delessert. n^o. 19. Legit. Trib. militaris Primarius Walker. in Ins. Zeylanica 1846. (Grah.)

Teste Blumeo, »in sylvis montis Salak Javae.»

2. M. SAMBUCINA Bl. en. pl. Jav. l. c. Grev. et Hook. l. c. Presl. l. c.

» In montosis Javae humidis."

Hort. Bogor. ins. Javae.

3. *M. SORBIFOLIA* Sw. Cfr. Presl. l. c. et auctt. laudati.

Herb. Delessert. India. Riche n°. 54.

» » Mascar. Ins. Goudot. 1829.

» » Perrottet 1820. n°. 23.

» » Gaud. (Bonite) 1857. n°. 12.

» Presl. Mascar. Ins. Bory.

» Mus. Par. Perrottet.

In Insula Ternate legit. Cel. Reinwardt m. Aug. 1821, quae tamen fortasse propria species.

(*Kaulfussiaeae*.)

KAULFUSSIA BL.

1. *K. AESCULIFOLIA* Bl. en. pl. Jav. 260. Hook. et Grev. ic. fil. t. 229. (juxta spec. Reinwardtii, qui detexit, a Kaulfussio ad Hookerum missum). Grev. et Hook. en. fil. in Hook. bot. misc. III. 229. Vid. etiam Hook. gen. fil. t. 59. t. fig. 7. 8.

Aspidium aesculifolium Bl. en. pl. Jav. p. 143.

Vidi spec. in herb. Hook. a Lobbio in ins. Java lectum 1846.

Aliud ibidem, Cumingii, ex insula Luzone Philippinarum.

2. *K. KORTHALSH* de Vriese; » fronde penta-

»phylla, foliolis petiolatis, sinuato-dentatis, stipitibus teretibus, capsulis 10-12-ocularibus.»

In Herb. Hook. vidi specimen a Korthalsio detectae speciei, ab eo lectum in ins. Sumatra prope Padang. Est haec species a Korthalsio visa prope Padang-Bessie, in locis umbrosis. Cum hoc convenit quod ibidem video spec. »Javanicum» a Blumeo dictum, uti praecedens, oriundum ex eodem Herb. Regio Lugd. Bat.

(Angiopterideae.)

ANGIOPTERIS Hoffm.

1: *Eu-Angiopteris*. Presl.

1. *A. JAVANICA* Presl., suppl. tent. pterid. p. 20. n^o. 2.

A. erecta Drege. flor. ind. or. exs. n^o. 25. (ex parte).

Vidi pinnulam a Drege oriundam ex Herb.

Cel. Preslii.

Hab. ins. Javam (ex Drege.).

Quamvis plures sint species Javanicae, ideoque fortasse praestaret nomen *A. Javanicae* mutare, tamen, ne nimia oriatur, quae ex rei ipsius natura jam satis magna erit, nominum mutatio, à Preslio propositum nomen malo servare.

2. *A. BADIONEURA* de Vriese; »caudice (rhizomate) crasso, pinnis longe-petiolatis, oblongis;

» pinnulis petiolatis, linearibus, crenulato-serratis,
 » longe-subitoque angustato-acuminatissimis, basi
 » inaequali truncatis; acumine acute-serrato, nu-
 » do; costâ pilosa eaque una cum venis venulis.
 » que badiis, in crenae apicem haud excurrenti-
 » bus, utrinque prominulis; recurrentibus haud
 » pellucidis; soris oblongis valde contiguis, a
 » margine remotis; sporangiis 8-10, nigerrimis.”

A. erecta Drege. l. c. (ex parte).

Herb. Junghuhn. (in Horto Acad. Lugd. Bat.)

Legit. Doct. Junghuhn in insula Sumatra,
 in sylvis humidis non procul a Tapanoeli.

Affinis *A. angustifoliae* Presl. suppl. tent.
 pterid. p. 21.

Speciminibus Dregeanis plures species viden-
 tur esse intermixtae. An forsitan potius var?

3. *A. CUSPIDATA* de Vriese; » trunco nullo,
 » frondibus maximis, expansis, petiolatis, oblon-
 » gis; pinnulis petiolatis, linearibus, serratis,
 » longe-angustato-cuspidatis, basi superiore ro-
 » tundatis, inferiore cuneatis; apice acute et
 » remote serrato, nudo; costâ tomentosa, hac
 » uti et venis venulisque in dorso prominulis,
 » fuscis, recurrentibus pellucidis, soris discretis,
 » a margine remotis; sporangiis 8-10-nis.”

Herb. Jungh.

Legit Junghuhn in vallibus disruptis, hu-
 midis, sylvaticis insulae Javae, ad 3000',
 prope Tjibunar.

4. *A. TEYSMANNIANA* de Vriese. Epimetr. ad ind. sem. Horti Lugd. Bat. 1849.
Insula Java. In horto culta.
5. *A. PRESLIANA* de Vriese. Epimetr. ad ind. sem. Horti Lugd. Bat. 1850.
Insula Java. In horto culta.
6. *A. PRUINOSA* Kunze. Filic. Zollinger. in: von Mohl. u. v. Schlecht. Bot. Zeit. IV. 1846. p. 417.
A. pruinosa Kunze, die Farrnkr. I. 225. t. 91.
A. erecta Moritzi, Systematische Verz. der Pfl. von Zoll. 1846. p. 107. n°. 1269.
Insula Java.
Vidi specim. Zollingerianum.
7. *A. PRUINOSA* Kunze. var. *HYPOLEUCA* Miq.;
Index sem. Horti bot. Amst. 1849. Ej. Anal. bot. Ind. II. p. 49. in Verh. Koninkl. Nederl. Inst. III. Ser. vol. III.
Herb. Miquel.
Insula Java; ubi colitur in Horto botanico Bogoriensi.
8. *A. SIMILIS* Presl. (herb.); »pinnulis petiolatis,
»falcatis, elongatis, crenatis, longe-attenuato-
»acuminatis, basi inaequali, utrinque rotundata,
»superiore latere brevior, inferiore productiore,
»acumine serrato, nudo; venis venulisque in pa-
»gina supere prominulis, costâ ibi impressa, in-

» ferne prominula, dorso (si lente conspicitur)
 » levissime pilosiusculo; venulis recurrentibus opa-
 » cis; soris a margine remotis, sporangiis haud
 » contiguis, 10-12-nis."

Plantam Javanicam vidi in Herb. Preslii,
 Viri celeb. Prof. Pragensis!

Insula Java.

9. A. ANGKOLANA de Vriese; » frondes pluri-
 » pedales; rhachi secundaria dorso fusca, superne
 » badia, subscabra; pinnulis petiolatis, elonga-
 » tis, lanceolato-linearibus; basi inaequali sur-
 » sum minore cuneata, deorsum majore fere
 » subrotundata, margine crenato, acumine lon-
 » gissimo, angustato, saepe falcato, serrato, nu-
 » do. Costâ firma, badia, venis venulisque in
 » dorso fusco colore conspicuis, flexuosis; venu-
 » lis recurrentibus pellucidis; soris solummodo
 » duas tertias partes longitudinis pinnulae oc-
 » cupantibus, a margine valde distantibus, ubi
 » perfecti sunt, subcontiguis, saepius tamen in-
 » tervallo magno interruptis; sporangiis 10-12."

Herb. Jungh.

Insula Sumatra, prov. Ankolana, ibique in re-
 gionibus sylvestribus, ad 1-3000'.

10. A. MICROSPORANGION de Vriese; » rha-
 » chi communi crassa, firma, terete, hac uti et
 » rhachibus secundariis fuscis, raro adspersa pi-
 » losis; pinnulis petiolatis, lineari-lanceolatis, ba-

» si inaequali (sursum brevior subrotundata,
 » deorsum paullo majore) subtruncatis vel sub-
 » cuneatis, dorso pilis microscopicis tectis; acu-
 » mine acute-serrato, nudo; costâ firma, lata,
 » fusca, lanugine demum caduco oblecta, vel
 » punctis albis, minimis, elevatis adpersa; venis
 » venulisque utraque in pagina prominulis, in
 » dorso fuscis; recurrentibus opacis; sororum se-
 » ries ad apicem usque haud continuatae; soris
 » a margine remotis et a se invicem discretis;
 » sporangiis in singulo soro 8-10-nis, arcte co-
 » haerentibus, nigris, minimis.”

Herb. Jungh.

In insula Sumatra legit Junghuhn, in syl-
 vis humidis regionis Battarum.

11. A. PALLESCENS de Vries; » pinnis maximis;
 » pinnulis petiolatis, lanceolatis, oblongis, longe-
 » acuminatis, basi inaequali, sursum minore
 » oblique cuneata, deorsum longiore, rotundato-
 » cuneata vel et subtruncata; margine crenato,
 » in apice vero subserrato; dorso pallidiore, cos-
 » tâ vix fuscescente; venis venulisque haud con-
 » spicuis, nec nisi luci obversa pinnula distinguen-
 » dis, haud pellucidis; recurrentibus opacis; so-
 » ris a margine parum remotis, nec totam pin-
 » nulae longitudinem occupantibus, vix contiguis;
 » sporangiis 5-7-8-nis.”

Herb. Jungh.

In insula Sumatra Junghuhn legit ad marginem sylvarum.

12. A. AFFINIS de Vriese; » pinnulis lanceolatis, » oblongis, longe acuminatis, basi inaequali sursum brevior oblique cuneato-rotundata, deorsum longiore, magis oblique cuneata; margine crenato, apice argute-serrato; venis venulisque tenuibus, his et recurrentibus subpeticulis; soris a margine remotis, in tota pinnula ad apicem usque productis, vix contiguis; » sporangiis 10—14.”

A. cuspidata Bl. secundum Herb. Celeb. Preslii. Sed, quod mirandum, alia specimina ab hoc toto coelo diversa, sub eodem nomine a Blumeo communicata sunt cum aliis quae mihi obvia sunt. Haec ad meam *A. Miqueliana*, illud ad *A. affinem* pertinet. Quid igitur cum pluribus *Angiopteridibus cuspidatis* suis indicare voluerit Blumeus, Vir. Celeb., affirmare non ausus sum, ideoque etiam nomen pro alterutra specie servare non potui; sed confusionem, quae sic oriri potuisset, cavere debui.

Affinis est *A. pallescenti*.

Crescit in » umbris humidis provinciae Bantam » insulae Javae” (teste Preslio).

13. A. HARTINGEANA de Vriese; » frondibus » maximis, rhachibus petiolatis; nervis, venis venulisque nigrescentibus; pinnulis lineari-lan-

»ceolatis, basi superne rotundatis, vel rarius cuneatis, inferne rotundis, crenatis, brevi-acuminatis, acumine sterili serratis; dorso hic illic lanuginoso; costâ crassa, nigra; venis venulisque utrinque prominulis; recurrentibus pellucidis; soris a margine remotiusculis, oblongis, contiguis; sporangiis 10-18."

Herb. (olim Jav. proprium) Hort. Acad. Lugd. Bat.

In insula Java, ad ripas fluminis in praedio Pondok Gedeh.

Legit van Gesker.

14. A. CRASSIFOLIA de Vriese; »frondibus elongatis, lacte-flavis; pinnulis subpetiolatis, coriaceis, rectis vel falcatis, basi superiore cuneata, »inferiore longiore rotundata, margine obtuse-serrata, acumine elongato, serrato; venulisque »crassis, recurrentibus opacis; soris intra-marginalibus, haud contiguis; sporangiis 8-10-nis.

Herb. Horti Bogor. (Teysman.)

Insula Java.

15. A. ANGUSTATA Miq. Ind. sem. Horti Bot. Amst. 1849. Anal. bot. ind. II. p. 50. in. Nieuwe Verhand. Kon. Nederl. Inst. III. IV. 1. 1851.

Herb. Miquel.

» Horti Acad. Lugd. Bat. (frondes a Teysmanno ex horto Bogor. missac. n^o. 240-241.)

Insula Java.

16. *A. MIQUELIANA* de Vriese; » pinnulis longe-
 » petiolulatis, basi leviter inaequali vel subae-
 » quali truncata, subrotundatâ, elongatis, an-
 » guste-lanceolatis, crenulatis, acumine brevi, ser-
 » rulato sterili terminatis; venis venulisque opa-
 » cis, recurrentibus pellucidis; soris a margine
 » remotis, continuis vel superne per intervalla li-
 » bera sejunctis; sporangiis 8-10, communi re-
 » ceptaculo, circumcirca piloso innixis." (Cf. Vir.
 Cl. Miq. Anal. bot. ind. l. c.)

A. longifolia Grev. et Hook.? secundum Miq.

Sed vide, quae de speciei Hookerianae syno-
 nymis scripsi in *Hooker's Journ. of Bo-
 tany*. 1851.

A. erecta var. *cuspidata* Bl. juxta spec. Blumeana
 Hookero data.

Herb. Miquel.

» Acad. Lugd. Bat. (a Teysmanno mis-
 sum specimen).

17. *A. APIANOSORUS* de Vriese; » caudice peda-
 » li; frondibus maximis; pinnulis petiolatis, lanceo-
 » latis, subfalcatis, subinaequilateris, basi inae-
 » quali sursum oblique abscissa, deorsum cu-
 » neata vel subrotundata; margine crenato-serra-
 » to, subrepandulo; acumine valde elongato,
 » angustissimo, acute-serrato; costâ badia, venis
 » venulisque tenuissimis, fuscis, opacis; recur-
 » rentibus pellucidis; soris ad apicem haud con-
 » tinuatis, procul a margine remotis, microscop-

» picis, omninó distinctis et proprio tomento fus-
 » co (apophysibus) cinctis; sporangiis cohaeren-
 » tibus et quasi membranula communi tectis,
 » 10-12-nis.”

Herb. Jungh.

In insula Sumatra legit, in sylvis prope Tapa-
 noeli.

Pseud-Angiopteris.

18. A. HYPOLEUCA de Vriese. Epim. ad ind.
 sem. Horti Acad. Lugd. Bat. 1850. Linnæa. 1851.
 p. 204.

19. A. MURICATA Presl. (Herb.); » muricata?, pin-
 » nula membranacea, inter venularum ramificatio-
 » nes pellucida, subsessili, lato-oblonga, basi
 » inaequali cuneatâ, superiore latere minore et
 » magis oblique-cuneatâ, crenata; acumine an-
 » gustato, serrato, nudo; costâ fuscescente, vix
 » prominulâ, venis venulisque parallelis, obli-
 » que sursum directis; recurrentibus tenuissimis
 » brevioribusque; soris a margine remotiusculis,
 » oblique directis, haud contiguis; sporangiis
 » 10-12-nis.”

Ins. Borneo. (Presl. mss.)

20. A. AMBOINENSIS de Vriese; » rhachi secun-
 » daria fusca, terete; pinnulis petiolatis, lanceo-
 » latîs, oblongis, rectis, basi subinaequali, sub-

» truncata; margine obtuse-serrulatis; acumine
 » angusto, obtuse-serrato, nudo; venis horizon-
 » talibus fuscis, fere omnibus furcatis, rarius
 » simplicibus; recurrentibus nullis; soris oblon-
 » gis, haud contiguis, a margine remotiusculis;
 » sporangiis plerumque 10-12-nis.”

Filix aquatica s. Osmunda. Pacu ayer

Rumph.? Herb. Amb. VI. p. 65. tab. XXVII.

Herb. Hooker.

Habitat insulam Amboinam.

De aliis, si forte obviae erint, deinceps agam.

Dedi in Horto Acad. Lugd. Bat.

hoc ipso die XXIV. m. Sept. 1851.

